

num promovænt, deliberato consensu præcepta festi, vel ieiunii suscipiunt. Nec præcepta in loca materialia, que legum capacia non sunt, feruntur; sed regimen, disciplinamque externam inspicunt. Hæc porro disciplina sine populo consistere nequit. Populus ergo est qui legem implere debet.

X. Populus utique, repones, non autem singuli cives. Distinctio isthæc vana est. Præceptum indiscriminatim omnes, & singulos obligat; nec unum magis præ aliis obligat: immo, ut extra disputationem positum supponimus, absolute obligat omnes; quod de permanentibus in civitate etiam adversariis concedunt. Obligat, inquit, permanentes; sed non obligat ut permanentes. Verba sunt hæc. Nam in institutione legis omnes, nulla facta distinctione, obligati sunt: que sane obligatio in posterum permanat, ut supponimus. Solum ergo prudenter interpretari possumus, præceptum non ligare, quando iusta dicebendi causa occurrat. At quo incolæ iudicæ, & hæc expressa intentione velint, ut legis observantiam evadant; hoc, mea quidem sententia, est illudere legi, & demerque, cui promissio facta est, irridere. Nec dici valet, incolas illos uti iure suo. Quoniam usus istud absolute supposuerunt observantiam præcepti iam tum cum institutum fuit: & solum benigna, prudensque interpretatio eos a vinculo obligationis solvit, dum iusta aliqua egrediendi ratio urgeat. Hoc, & non plus, animi relictudo, bona fides, & sinceritas agendi permittunt; qui sane sinceritas, & bonæ fidei adversarij expressa intentio alio abeundi, ut iugum factæ promissionis evanescat. Sententiam hæc descendunt Sylvester *verb. Ieiunium quest. 11. Layman Lib. I. tract. IV. cap. XI. n. 9. Sayrus Lib. VII. clav. Reg. cap. VII. num. 11. Ledesma de Matrim. disp. XXI. Rebullus de iust. & iur. Part. II. Lib. II. quest. VII. sect. 3. num. 16. Lessius de iust. Lib. II. Arb. B. & plures alii*, quos brevitas gratia omitto.

XI. Quæst. VIII. An Regulares exempti subiecti sint observationi festorum que ab Episcopo, vel diœcesana Synodo iudicantur? Resp. Regulares tenentur observare festa que pro universa diœcesi sunt ab Episcopo iudicata. Id aperte declarat, & præcipit Tridentina Synodus sess. xv. cap. XII. *Dies autem festi*

quos in diœcesi sua servandos idem Episcopus præcepit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, observentur. Anposita teneantur Regulares observare festa que pro uno tantum oppido, vel civitate, ex voto populi, Episcopo approbante, sunt introducta, disputant in utramque partem Theologi. Eorum mihi videtur probabilior opinio qui affirmant, eisdem Regularibus teneri etiam ad quædam festa. Primo quia Tridentinum absolute iubet, Regulares servare festa que Episcopus in sua, non pro tota sua, diœcesi præcepit. Festa que consuetudine iusta invecta sunt, sine expresso mandato, consensu tamen Episcopi præcepta sunt. Nec videtur maior ratio de primis ac de secundis. Secundo, quia populi iudicio Regulares in suas civitates introducunt, ut Deo sacrificia immolent, ut veniam a divina misericordia implorent, ut laicis exemplo sint in divino cultu. Non autem virtutes exemplum, sed mali speciem, occasiones præberant, si eo ipso tempore quo cives feriat Deo vacant, illi terrenis operibus indulgerent. Quapropter vel ipsi contrarie sententiæ patroni Regulares hortantur ut in festorum celebratione ad populum se se conforment. Vix enim in praxi secus se genere possunt absque scandalo. Regulares quæque advena, seu hospites tenentur servare festa locorum ubi in transitu commorantur; quemadmodum dictum de laicis: quoniam eadem de his ac de illis ratio est.

XII. Quæst. IX. An Episcopus teneatur servare festa, & ieiunia que populo suo ipse imponit? Resp. Episcopi, & omnes legislatores subditi sunt legibus quas ferunt in subditos pro bono communi Republicæ. Id docet D. Thomas 1. 2. quæst. xvi. art. 5. ad 5. *Quantum ad vim directivam legis Principis subditi legi propria voluntate; secundum quod dicitur extra de const. cap. Cuius omnes, quod quisque iuris in alterum statuit, ipse eadem iuratus debet.* Et Sapiens dicit auctoritas: *Patere legem quam ipse tuleris.* Improprietur etiam his a Domino, qui dicunt, & non faciunt; & qui alius onera gravia imponunt, & ipsi nec digito volunt ea movere, ut dicitur Matth. xxiii. Unde quantum ad Dei iudicium Principes non est solutus a lege, quantum ad vim directivam eius. Divi Thomæ sententiæ subscribitur communiter Theologi.

DISSERTATIO II.

DE OPERIBUS A QUIBUS ABSTINERE DEBENT

FIDELES FESTIS DIEBUS.

CAPUT I.

Que sint opera servilia in diebus festis prohibita, declaratur.

I. Præceptum sanctificandi festa, ut iam indicatum fuit, affirmativum simul, & negativum est. Prout affirmans, cultum Deo exhibendum præcipit; de quo dissertatione sequenti ut negans, ab operibus vacare iubet; de quo in præsentia. Opera que diebus festis prohibentur, servilia nuncupantur: *Omne opus servile non facietis in eo.* Lev. cap. xxiii. Hoc textu omnia fere opera corporalia interdicebantur Iudeis, necdum mere servilia. Hæc tamen prohibitio haud erat pro omnibus festis æqualis. Pro observatione sabbati adeo severa, & generalis erat, ut ipsis nec cibos coquere, vel preparare liceret; sed id sibi dat præcedenti, qui propterea *parafesce*, ut pluribus visum est, dicebatur. In ceteris autem festivitatis vetitum minime erat ignem accendere, cibos preparare, idque genus similia; ut habetur Exod. cap. xii. de die prima, & ultima azymorum: *Nihil operis facietis in eis, exceptis his que ad vescendum pertinent.* Quin nec in ipso sabbato omnia omnino opera corporalia prohibita Iudeis erant. Nam poterant iter agere ad certos limites, calerne corporales actiones exercere que anteverti nequebant; ut animalia ducere ad aquæ portum, eadem e fovea subducere, si opus fuisset. Porro Christianis non solum hæc, sed plura alia ad usum corporis necessaria conceduntur. Quare severior erat Iudeis sabbati, quam fit Christianis diei dominici observatio. Discriminis ratio est. Iudeis omnia sub figurarum velamine contingebant: & quia sabbatum Dei cessationem ab omni opere representabat; Ideo tam severe otium illud præcipiebatur. Secus accidit in lege gratiæ in qua figura, & symbola impleta sunt. Hæc omnia egregie persequitur D. Thomas 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 4. *Nec huiusmodi (scilicet die dominicæ) observatio figurata est, sicut fuit observatio sabbati in veteri lege. Et ideo non est ita arcta prohibitio operandi in die dominica, sicut in die sabbati;*

sed quadam opera conceduntur in die dominica que in die sabbati prohibebantur; sicut decoctio ciborum, & alia huiusmodi: & etiam in quibusdam operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in nova quam in veteri lege: quia figura pertinet ad probationem veritatis, quam nec in modico præterire oportet; opera autem secundum se considerata immutari possunt pro loco, & tempore.

II. Explicandum nunc superest, quamnam opera corporalia hoc præcepto prohibentur. Certum namque est sola corporalia, & externa opera prohiberi; non autem omnia, sed tantum servilia. Porro servilis operis notationem prodit D. Thomas 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 3. *Servitus est que homo servit homini. Est autem homo alienus servus, non secundum mentem, sed secundum corpus.* Et ideo opera servilia secundum hoc dicuntur opera corporalia, in quibus unus homo alteri servit. Duplex ergo in homine operum genus, servilium nimirum & liberalium. Opera servilia ex relata doctrina Angelici easunt que, licet ab anima, tamquam a principio, proveniant, organo tamen corpore exercentur, & per se corporis commoditatibus inserviunt, & per servos fieri solent, idque servilia nuntupantur, ut terram colere, domos edificare, artefacta construere. Contra, opus liberale a mente procedens, & sepe ab organo corporeo pendens, eo proxime tendit, ut mentem illuminet, animumque excolat; ut docere, predicare, legere, scribere, & similia.

III. Triplex opus servile distinguit D. Thomas: nimirum relogium, quod famulatum Deo præstat; vitium, quod homo peccato intersit, & demoni; & humanum, quod homo homini servit. Hæc sunt verba Angelici 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 3. *Est autem triplex servitus. Una quidem que homo servit peccato, secundum illud: Qui facit peccatum, servus est peccati: & secundum hoc omne opus peccati dicitur servile. Alia vero servitus*

est qua homo servit homini . . . Tertia autem est servitus Dei: & secundam hoc opus servile possit dici opus laici, quod pertinet ad Dei servitium. Si autem sic intelligatur opus servile, non prohibetur in die sabbati: quia hoc esset contrarium fini observationis sabbati. Videndum nunc superest, quam opera servilia est his que enumerata sunt, hoc precepto prohibeantur.

CAPUT III.

An per peccata mortalia diebus festis perpetrata, eorundem festorum preceptum graviter violatur; ac teneatur Christianus in confessione sacramentali exprimere, se in die festo peccasse.

I. Nter propositiones superiori dissertatione capite secundo recentitas, que non paucis nimium redolere rigorem videntur, hæc una est, quam isthuc transcribere lubet, » Preceptum de sanctificatione spiritali sabbati magis violatur: censetur qui dominicus, aut festis diebus tentat peccatum committunt, quam qui quodvis opus corporale, alias bonum, & licitum, faciunt. An doctrina isthæc nimiam sapit severitatem, aperiendum est. Atque, ut pro dignitate gravissima quæstio, in qua de committendo novo peccati mortalis sermo est, emuncletur, ea que extra disputationis aleam sunt posita, ad iis que in controversiam revocantur, leceramus oportet.

II. In primis Theologi omnes, tum veteres, tum recentiores, adfirmant, peccata mortalia exterius commissa in diebus festis graviora esse, & quamdam irreverentiam precepto irrogare. Verum an hæc maior malitia mortalis sit, & alterius speciei, & ex necessitate in confessione manifestanda, vel venialis duntaxat, neciter in utranque partem Theologi disputant. Antequam meum super hæc re iudicium profero, utriusque partis momenta producam, & expendam. Atque ut a sanctis Doctoribus initium ducam, certum videtur, antiquos Theologos, ipsorumque Patres, qui controversiam hæc tractarunt, docuisse, peccatum mortale in die festo perpetratum novam, gravemque indere malitiam speciei diversam, necessarioque in confessione exprimendam. Sanctorum Doctorum verba omnium primum exserbo.

III. Auctor libri de vera, & falsa penit-

tentia, quem sancto Augustino adiudicat Gratianus, de circumstantiis in confessione patefaciendis loquens, diei festi, in quo peccatum est, exprimendam asserit circumstantiam: & refertur dist. v. de Penit. can. 1. Consideret qualiter criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate peccati. . . Si in loco sacro, aut cui debuit excellentiam fidei, ut sunt domus dominorum, & alterum multarum. Si in tempore orationi constituto, an in festivitate Sanctorum, & in tempore ieiunii. Consideret quantum peccaverit, & defensa. . . Omnis ista varietas confitenda est, & defenda.

IV. S. Augustinus in Plal. xxxii. conc. 1. Observa diem sabbati, non carnaliter, non iudiciali deliciis, qui otio abutuntur ad negotium. Melius enim utique vota die servavit quam tota die saltarent.

V. D. Ambrosius in Lucam xlii. super illud, Archipiscopus indignans, quia sabbato curasset seles, inquit: » Lex in sabbato non » hominem curare, sed servilia opera facere: » id est peccatis gravari prohibet. » Et habetur in glossa ordinat. ibid. . . Item gloss. Marc. 1. & 111. Si licet sabbatis bene facere? inquit: » Opus servile peccatum est, a quo » Christus nos docet sabbato abstinere. »

VI. S. Thomas 2. 2. quæst. cxlii. art. 4. Quia magis homo impeditur a rebus divinis per opus peccati quam per opus licitum, quamvis sit corporale; ideo magis contra hoc preceptum agit qui peccat in die festo quam qui aliud corporale opus licitum facit. Unde S. Augustinus dicit in Lib. de decem chordis: Melius faceret ludans in agro suo aliquid utile, quam si in theatro sedulosus existeret; & melius femine eorum die sabbati lanam faceret, quam quod tota die in noementis suis impudice saltarent. Non autem qui peccat venialiter in sabbato, contra hoc preceptum facit: quia peccatum veniale non excludit sanctitatem.

VII. Hanc eandem doctrinam conceptis verbis docet Catechismus Concilii Tridentini Part. III. de tert. precepto, num. 21. Faciendi enim perspicui potest omnes servilis operibus prohiberi, non quidem ea re quod sua natura aut turpe, aut malum sit; sed quoniam mentem nostram a divino cultu, qui finis precepti est, abstrahit. Quo magis peccatum siilebitus vitanda sunt, quia non solum unum a divinationem verum studio avocant, sed nos a Dei amore profusis serungunt.

VIII. S. Antonius II. Part. tit. ix. cap. vii. §. 7. Festum violatur, & male celebratur, ex triplici negligentia, seu defectu. Primo, quia non cavetur a defectibus criminalibus;

Secun-

Secundo, quia non inheretur actibus spiritualibus. Tertio, quia non abstinetur ab operibus manualibus. Quantum ad primum debet quis abstinere a peccatis maxime diebus festis, quia plus habent impedire mentem, si mortalia sunt, a vacando Deo, quam opera manualia. Unde dicitur Leon. xlii. de sabbato, qui succedunt festis Ecclesiarum: Omne opus servile non facietis in eo, sed opus servile est peccatum; dicit enim Christus Ioan. viii. Omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Peccatum ergo mortale commissum die festo est multo gravius quam alia die. Nam ultra propriam deformitatem, puta furci, vel fornicationis, habet specialem deformitatem est illa circumstantia temporis sacri, quia festum violatur. Unde talis; ut dicit Nicolaus de Lyra super Exod. cap. xx. non solum agit contra unum preceptum, scilicet, Non mechabaris, aut illud, Non solum factices; sed etiam contra illud de sanctificatione Sabbati.

IX. Alphonsus Toftatus Episcopus Aduleus in cap. xx. Exod. quæst. xi. & xli. Magis servile est opus peccati quam opus humani negotii. Magis celebratum festi infringimus in peccando, ut fornicando, & accidendo, quam alios labores agricultivos nobis mandandis exerceo. . . Ideo, licet ab utroque abstinentium sit, magis tamen ab iniurijs operibus quam a corporalibus laboribus. Ex hoc sequitur quod qui die dominica adulteratur, aut occidit, vel inebriatur, magis peccat quam si alius diebus idem ageret: quia sic transgressus est duplice precepti, scilicet, Non occides, & cuiuslibet alterius; & huius, scilicet, quia non observat diem dominicum.

X. Alexander Alensis III. Part. quæst. xxxi. memb. v. artic. 2. Qui fornicatur die dominico, peccat duobus peccatis, scilicet, quod peccatum numeratur ratione reatus.

XI. Concilia quorum non pauca hæc eandem veritatem aptissime edocent. Concilium Lingonense hæc statuit. Homines utriusque sexus in festis debent plurimum esse intenti divinis, puta orando, ecclesiastica officia, & divina, ac sermones verbi Dei audiendo, de Deo, & sanctis loquendo. Et, ut his verbis melius possint intendere, debent abstinere ab omni opere servili, & potissime a peccato: quia gravius peccat qui peccat in festo, puta fornicatur, fornicatur, quam qui in aliis diebus hoc facit. Concilium Eboracense an die festo movetur a vitiis, & peccatis: quoniam servare debet Deo, cui displicet omne peccatum. Corduba laudat etiam Concilium Conc. Theol. Tom. V.

loniense anno 1536. celebratum. Audiamus Patres Salmanticensis tract. xxiii. cap. 1. punct. 11. §. 2. num. 228. his verbis: Ad id quod additur ex Concil. Colon. responderetur, non esse generale, sed provinciale. Ne erga quæque reponitur? Conventus Episcoporum, & Pastorum non est infallibilis. Pauci vero Capitulis, non simul congregati, sed dispersi, iure ne infallibiles? Concilium provinciale, licet non sit œcumenicum, mea sententia, prevalet mille Calaisitis, At de hoc alius.

XII. Hanc sententiam, præter recentissimos Doctores, & Concilia, docent D. Bonaventura in III. dist. xxxvii. §. 6. & 7. A functione ipsa carnali, ut ebrietas, luxus, & iurgia, que maxime repugnant spiritus libertati, ne homo Deo vacet, dicuntur, fontique opera servilia; & in hoc precepto sunt prohibita, potius quam opera mechanica, & quam negotia terrena, quæ animum distrahunt, ne homo divinis intendat, secundum Augustinum de decem chordis. His omnibus accedunt B. Albertus Magnus in III. dist. xxxvii. Ioannes Gerion Alphab. xxxi. Nicolaus Lyranus in Exod. xx. & in Math. xxi. Scorus in III. dist. xxxvii. Gabriel in IV. dist. xvii. quæst. 1. coact. 4. Hadrianus in IV. de Conf. quæst. iv. & in quodlibet. viii. art. 1. Angel in Morali cap. viii. Medina de Conf. quæst. x. Ioannes Nyder in 3. precep. cap. 1 & ix. Summa Anglicana tit. Confess. 1. §. 22. tit. Ferie §. 36. Summa Rom. tit. Confess. 2. §. 7. Ambrosius Catharinus contra Caietanum Lib. V. de sacra Conf. Maior in IV. dist. xvii. quæst. 1v. Natalis Alexander Theolog. Lib. IV. reg. v. Franciscus Genesius tract. iv. de 3. precept. quæst. 11. Henricus a S. Ignatio in Ethica Amoris Tom. II. part. 111. cap. 111. Ioannes Pontas huic adhaeret opinioni cum aliis, tamen limitatione in suo Diction. Casuum conf. verbo Dies domin. Pre omnibus autem hæc proponunt sententiam P. Antonius Cordubensis Auctor feris gravis: eamque non modo omni argumentorum genere munit, sed defendit quoque ab adversariorum obiectionis in quo Quæst. Theolog. Lib. quæst. vi. & concludit, hæc solam sententiam omnibus antiquis Doctoribus, pluribusque recentioribus probatam, amplectendam esse; contrariam vero, a paucis tantum noterioribus vestram, reiiciendam.

XIII. Rationum quoque momentis satis validis evincitur sententia hæc. Primo, quod omnis irreverentia, iniuria live loco, live temporis sacri impacta, præter propriam deformitatem, sacrilegii malitiam induit. Sa-

ne furtum in templo commissum malitiam circumstantiæ mortalem adferre, communitur est Doctorum, qui adverte etiam opinionem atrocianter, consensus. At non minus diei festi tempus quam locus Deo dicatus sacrum est. Eadem itaque utriusque ratio. Quod enim templum benedictio sit consecratum, secus tempus festum, nullam potest discerniri rationem: cum res ipsa ambo Deo sint consecrata: atque proinde sancte tractanda. Secundo omne peccatum mortale externum (de interno enim haud est sermo) magis quam quodvis opus mechanicum opponitur divino cultui: quem cultum Deo debitum potissimum hoc præcepto iuberi, testatur Catechismus Tridentinus loco laudato num. 1. his verbis: *Hoc legis præcepto externus ille cultus qui Deo a nobis debetur, velle, atque ordine prescribitur.*

Quare male illud opponitur, quod finis legis non cadit sub lege: quoniam verum habet de fine externo operantis, secus de fine ipsius operis. Neque negari potest, cultum externum hoc præcepto præscribi. Et, quod fortius rem confirmat, est, quod, licet cultus directe a lege præscriptus non esset; id tamen aperte prohibetur quod eidem cultui maximo est impedimento. Quis porro incipias iverit, peccatum mortale magis hominem efficiere ineptum ad hunc cultum Deo rependendum quam opera mechanica servilia? Servile a liquoquin opus est ipsum etiam peccatum. Et, quamquam servitatem dumtaxat exprimat metaphoricam, parit tamen effectus illius vere servitatis quæ a divino cultu homines avocet. Magis ergo quam cetera opera servilia vitium est die festo. Plures alias rationes missas facio.

XIV. Contrarium sententiam recens in vestram esse, ingenue fateatur Doctor eximius P. Suarez, cui tamen ipse subscrivit Tom. 1. de Relig. Lib. II. cap. XVII. num. 3. his verbis: „Secunda opinio alii ferit, opus peccati ex eo tantum quod peccatum sit, non contineri in materia huius præcepti, nec ex vi illius prohiberi. Hæc opinio non habet Auctores multum antiquos, ut vere notavit Corduba; habet tamen plures, & graves. Eandem opinionem docuit Caietanus 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. & in Sum. verb. Festi. Sor. in IV. dist. xviii. quæst. 11. art. 4. Almeyda in IV. dist. xvii. quæst. 1. Sylvestri verb. Domin. Armil. verb. Fer. non. lib. 2. Navarri cap. Considerat. Trullenchus Lib. VI. in Decal. cap. 1. dub. 6. nam. 11. Palau Tom. H. tract. ix. dist.

unic. punct. 9. Bonacina in Decal. dist. 9. quæst. 1. punct. 2. §. 3. num. 3. Leander de Peccat. tract. v. dist. VIII. §. VIII. quæst. 11. Decastillus tract. VIII. de Peccat. dist. ix. dubit. 8. num. 722. Salmanticenses tractat. XXXII. punct. 11. §. 2. alique recentiores Casuiste.

XV. Istorum Scriptorum nemo quidem prædicitur pro hac opinione assertor aut ex Patribus, aut ex sacris Canonibus. Salmanticenses dumtaxat loco laudato opponunt D. Thomæ auctoritatem ex IV. Sentent. dist. xxxii. art. v. quæst. 11. ubi ait: *Ad secundam questionem dicendum, quod petere debitum in die festivo non est circumstantia trahens ad aliam speciem peccati. Unde non potest in infinitum aggravari. Et ideo non peccat mortaliter xxv. vel xiv, si in die festivo debitum petat.* „Ergo (insunt) runt laudati Patres) circumstantia temporis festi non mutat speciem peccati; nec est in confessione aperienda. „Mortale sane est petisse Auctores istos talem obtrudere auctoritatem. Sermo nunc est de peccato mortale, non autem an opus bonum, aut indifferens, sit contra præceptum de sanctificandis festis. Petere debitum opus est coniugale, a quo ut fideles ablineant die festo, Patres hortantur, ut expeditius Deo vacare possint. Si tamen peccat etiam die festo, Angelicus asserit, eos non peccare mortaliter, sed venialiter. Si autem iuxta Patres, & Anglicum præceptum colendi festa onus imponit, ut ex decencia, & reverentia coniugati ablineant ab actu matrimoniali; quique elicere hinc potest, quanto magis vi festi præcepti a peccati omnes ablinere debeant. Ceterum, ne de mente D. Thomæ ullus dubitandi locus remaneat, præter auctoritatem ex Summa supra depreptam, aliam isthuc transferbo ex opuscul. vii. in 3. præcept. Decalogi: *Memento ut diem sabbati sanctifices*: ubi post enumerationem operum servilium quæ evitari debent die festo, hæc lubdit. *Quinto debemus cavere culpam. Hierem. XVII. Custodite animas vestras, & nolite portare pondus in die sabbati. Omnis autem animæ, vel pondus malum, est peccatum. Psalm. xxxvii. Sic ut non grave gravata sunt super me. Peccatum autem opus servile est: quia, ut dicitur Iosuin VII. qui facit peccatum, servus est peccati. Unde cum dicitur, Omne opus servile non facietis in eo, potest intelligi de peccato. Et ideo contra præceptum hoc facit quis, quando in sabbato peccat: quia operando, &*

pe-

peccando Deus offenditur. Ubique ergo sibi conlat Angelicus in asserendo peccatum, non secus ac aliud opus servile, præcepto sanctificandi festa advertari.

XVI. Obiiciunt 2. Præceptum Sabbati non obligat per se ad non peccandum; sed solum iuber nos Deum externo cultu colere, & abstinere a servili opere. Cultus autem ille in Missæ audicione consistit. Nec plus præceptum Ecclesiæ imponit. Porro peccatum minime impedit Sacrum audire. Non ergo peccatum divini cultu præcepto opponitur. Resp. Peccatum mortale prohibitur esse hoc præcepto: quia sancte sancta tractanda sunt; & gravem irreverentiam irrogat temporis sacro. Utique peccatum non impedit Missæ audicionem. At nunquid non consuevit tempus sacrum ad vacandum Deo? Non est autem quod obtrundant aures, si nem præcepti non comprehendit sibi præcepto: iamque dictum est, id non semper verum esse, potissimum si sermo sit de fine operis, & speciali, ac præcipuo, proximeque intento; ut apertissime docet Suarez Tom. III. de Relig. dist. lxx. sect. 2. pag. 854. col. 1. sub initium. Et quamvis præceptum non semper iubeat finis ascensionem, vetat tamen ne quid contrarium illi fini agatur.

XVII. Obiiciunt 3. Præceptum sanctificandi festa arctius non ligat in novo quam in veteri federe. Ar in lege scripta peccata vi præcepti de sabbato colendo non habentur prohibita. Ergo neque in lege scripta. Tandem concludunt Patres Salmanticenses num. 226. his verbis. „Ultimo, quia e contra hoc præceptum de festis sanctificandis potius elicit in ruinam quam in adificationem, nem animarum; cum communitur peccata diebus festis committantur. „Nonne validum est hoc ultimum argumentum, quod frequentissime usurpare solent recentiores Theologi, ut legem Dei humane fragilitati accommodent? Ex peccandi universaliter concludende inferunt sapissime, legem non extare quæ peccata tantum frequentia prohibeat. Quod quam fit ineptum argumentandi genus, alibi ostensum est. Ad priorem propositionem saltem esse, ut ex iis quæ dicta sunt, constat, & clarus iam iam fiet.

XVIII. Ex dictis hæc sunt quo colligas velim, quæ nulli sunt dubitationis obnoxia. Primum est, Theologos communitur adfirmare, peccatum die festo perpetratum novam contrahere malitiam; solumque inter ipsos dissidium esse, an mortalis sit, aut ve-

nialis malitia illhæc; ut iam indicatum est. Secundum est. Doctores antiquos, & ex recentioribus gravissimos Theologos propagare primam sententiam. Hæcne concludit Antonius Cordubensis his verbis loco laudato. „Quare hæc secunda (iuxta nos prima) opinio, utpote communis omnibus Doctoribus antiquis, pluribusque modernis, utique verior amplectenda est. Prima vero (id est secunda) utpote nonnulli patris neco-tericis probata, sed neque fatis tuta, refutanda videtur.

XIV. Tempus iam est ut hac de re noturum seramus iudicium, illudque est, antiquorum sententiam standum esse. Et quia ista tota est, num malitia mortalis sit, an venialis, cuius deciso difficillima est, lubet ad Scripturarum tribunal ius revocare. Nec enim aliunde melius quam ex Scriptura, quam cum lege letalis, quam venialis sit, colligi potest. Porro tum ex Scriptura inferimus, legis transgressionem esse mortalem, cum Deus transgressores penis addicit æternis. Tremenda autem sunt supplicia illaque in fellorum violatores Deus minatur. Antequam vero eulmodi recentiamus, præcepti divini verba expendamus oportet. *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Quod ergo primum præscribit, est sanctificatio temporis sacri. Deinde cessationem ab operibus imperari. Audiamus Anglicum 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 3. *In observatione sabbati duo sunt consideranda. Quorum unum est locuti servit, & hoc est ut non facias in diebus divinis, quod significatur in hoc quod dicit, Memento etc. Illa enim divinum sanctificari in lege quæ divino cultui applicatur. Aliud est cessatio operum.* Quibus positus, iram, furoremque divinum adversus sabbati violatores describamus. *Quæ est hæc mala quam vos tacitis, & profanatis diem sabbati?* Eldrad II. cap. XIII. *Neomeniam, & sabbatum, & festivitates alias non foram. Iniqui sunt cæcus vestri. Calendas vestras, & solemnitates vestras odit anima mea; facta sunt mihi inlesta. laboravi sustinens. Hæc cap. 1. vers. 12. Dispergam super cultum vestrum sicut solennitatum vestrarum.*

Malachia cap. II. vers. 3. Unde, quæso, tantum odii, molestie, & abominationis? Unde tanta suppliciorum severitas? Forsitan quod Iudei operibus manuaris festa profanaverint? At neminem fugit, Iudeos innuma religione, ne dicam superstitione, ut etiamnum videre licet, abstinuisse semper diebus festis a manuum labore. Sæ ergo festa criminum perpetratione violabant, profanabantque. Porro, si profanata ista festorum

levius fuisset; anne Deus tantum ira, ac furor ostendisset, tantaque penarum severitate se punitorum fessorum profanatorum minatus fuisset? Neque reperit quis, Deum in Iudæos non animadvertisse ob scelera tantum felis commissa: quoniam Scriptura aperte testatur, Iudæos supplicia luisse ob labbata violata, ob festis profanata, non manuum labore, sed criminum, delictorumque perpetracione. Utrique crimina quocumque tempore commissa divinam provocant vindictam: quia semper peccata Dei lædunt maiestatem. At hinc legitime inferitur, peccata, diebus cultui divino consecratis perpetrata, graviter multo & magis enormem induere mælitiam. Quandoquidem tanta abominacione festis peccatis polluta Deus detestatur, tantoque adversus profanatores furor perciturum esse prodit, ac si peccata profetis diebus commissa, in conspectu seculorum temporis facta, peccata non essent. Ut quid, amabo, tam frequenter inelamasset Deus, se Indecorum calendis odisse, sibi molesta esse, & perosa, seque super vultum eorum dispensurum sterus illarum solemnitatium? Ut quid, inquam, tantum minarum, & suppliciorum, si levis dumtaxat extitisset iniuria felis diebus irrogata? Gravis ergo fuit fessorum apud Iudæos profanatio: non quod opera mechanica exercerint, ut certissimum est; sed ob crimina ipsorum diebus perpetrata. Quare cuique serio pendenti tum Scripturæ sanctæ phrasæ, quibus violati labbati profanatio exprimitur, tum antiquiorum Doctorum hac de re doctrinam, compertum erit atque exploratum, multatiam circumstantiæ diei felis, non venientem, sed mortalem esse.

XX. Nihilio tamen minus, ut precepti severitatem, quoad fieri poterit, delinam, animadverto non omnia peccata, etiam mortalia, tempus festum, sicuti nec locum sacrum, graviter profanare. Excludimus namque omnia peccata interna, & plura etiam externa. Neque enim qui festo die mentitur, in communi exhibitione censetur tempore sacro gravem impingere iniuriam. Crimina, prout ex Patribus colligere fas est, diebus rixæ, choreæ, impudicitia, fornicationes, adulteria, idque genus similia. Et sane, si res ipsa torrida, vix tempore sacro culpa expers est: quid de fornicationibus, & adultæriis dicendum?

XXI. Neque vexandi sunt fideles (ut incidenter advertitorum lemurus dispellamus) quod in preteritis confessionibus hanc tem-

poris sacri circumstantiam omiserint; quoniam in his sumus in quibus ignorantia excusare valet. Propterea sollicitandi minime sunt, ut totam vitam revolant, ut examen generale instituant, quo valeant hanc circumstantiam deprehendere: siquidem onus minime grave foret, & plerumque spirituale profectum impediret. Satis enim mihi esse videtur, si, dum alia confitentur peccata, simul exponant, de elapso tempore frequenter diebus sacris peccasse; nec debitum confitendi circumstantiam hanc cognovisse: quapropter nunc se de omnibus confiteri, & de omnibus peccatis, diebus felis perpetratis, se sumopere dolere. Ut autem impollutum has omnes evitent angustias, affuecant exponere statum propriæ conscientia, quomodo festa sanctificaverint, quem cultum Deo obtulerint, quæve crimina commiserint. Quod si hæc peccantes ignorant, Confessorum ante eosdem imbure. Sepe enim dimittunt penitentium confessio ex sacrorum ministrorum aut negligentia, aut ignorantia proficitur.

CAPUT III.

De opere servili mechanico. Quot sint mechanice artes, quæve die festo prohibita.

DE opere servili criminoso, in die festo commisso, superiore capite actum est: in præsentia vero de opere servili mechanico temo erit. Plures sunt artes mechanice, quæ hoc verum continentur.

Rus, nemus, arma, rates, vulnæra, lana, faber.

Rus agriculturam prodit, Nemus venatoriæ, & piscatoriæ, Arma militarem, Rates navalem, Vulcanæ chirurgicam, Lana texturam, & futoriam, pluresque alias id genus, Faber argentariam, ferrariam, carpentariam, ceteraque similes. Hæ omnes artes, si presse loqui velimus, mechanice sunt, & serviles; quamvis aliquæ, ut militaris, & navalis, maiorem quandam præferant dignitatem. Omnia opera vero servilia Christianis prohibita esse felis debet certum est; sicuti certum est plura opera corporalia externa permittæ esse in novo seculæ que in veteri prohibita Iudæis erant. Plura tamen sub præfatis artibus continentur, de quibus, an servilia opera sint, & die festo vetita, non levis est inter-

inter Theologos difficultas. Nos brevitati studentes sequentibus quællinensis omnia pauca ita expediemus, ut nihil quod discussione dignum sit, omittamus.

II. Quæst. I. An pingere sit opus servile die festo prohibendum, sive lucti, sive recreationis, sive ad discendi gratia fiat? Respond. Negant Lopez I. Part. instruit. cap. 111. Medina Lib. I. cap. xiv. Layman Lib. IV. tractat. vii. cap. 11. num. 3. alique non pauci Calistæ, hac ratione nixi, quod pingere opus servile non sit; cum pingere idem sit ac scribere. Quare, sicuti scriptura, ita neque pictura diebus felis vetita dicenda erit. Communior tamen Theologorum, immo & Calistiarum, sententia, mihi unice vera, docet, pingere, sive pretii, sive recreationis, sive discendi gratia, esse opus servile die festo prohibendum. Quoniam hæc pingendi mechanica est, ut etiam adversarij fatentur. Ergo eius actus servilis sunt. Nam opus servile illud est quod arte mechanica dirigitur, & circa externam materiam occupatur, & per servos exerceri solet. Hac ratione sculpere imaginem, vel statuum est opus servile, sicuti & pingere auro. Quod enim penicillo, vel scalpulo, aut cuiusmodi artificialis efficiantur, nullam inserit discrimen. Quod pariter pictura exercatur vel pretii, vel voluptatis, aut addidendi gratia, rationem operis servilis hanc sequam immutat. Quapropter quocumque fine agatur, semper die festo per se vetitum opus est. Hanc sententiam docent Cajetanus 2. 2. quæst. cxxii. artic. 4. Suarez de Relig. Tom. I. Lib. II. cap. xxvi. Molanus Lib. II. de imag. cap. lxxi. Bonacina dispur. v. de 3. precepti. Dezal. quæst. unic. punct. 2. num. 25. Henricus a S. Ignatio Tom. II. part. III. cap. 111. Turrianus in Select. cen. 4. dub. lix. Sanchez Confess. Lib. v. cap. 11. dup. 12. Sander tractat. 1. disp. iv. quæst. xx. Salmanticenses tract. xxiii. cap. 1. punct. 11. §. 3. pluresque alii. Ad rationem contrariæ opinionis respondeatur, latissimum esse discrimen picturam inter & scripturam. Nam scribere omnino a mente procedit, ut eius conceptus exprimat; eoque suapte natura tendit, ut mentem instruat. Pictura vero a mente solem procedit, quemadmodum navis, vel domus constructio, & cetera mechanica artificialia. Contingens autem est, & accidentale, quod memoris exercitatio aliquando interveniat.

III. Quæst. II. An venatio, aucupium, & piscatio opus sint servilia in festis prohibita? Resp. Tres præfatas artes esse mechani-

cas, earumque opera prout servilia, & propterea per se diebus felis esse prohibita, dubitare arbitror neminem. Ratio sane ex se evidens est. Nam piscatio, venatio, & aucupium opera sunt corporalia, & ad corporis utilitatem diriguntur; atque hominibus, & bestis communia. Quod confirmatur ex cap. Licet de fer. ubi Alexander III. inquit: Indulgemus ut liceat parochianis vestris, diebus dominicis, & aliis festis, si Alveia tenes se sustinuerint, earum captioni, sequente necessitate, intercalare. Pontifex hic ob solem ingruentem necessitatem piscandi exercitum impertitur. Sublata igitur necessitate, illicitum est. Excipit quoque Pontifex a privilegio dispensationis majora Iolemnia festa. Neque absolute dispensat; sed cum onere, quod post factam capturam Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruum faciunt portionem. Si autem alibi consuetudo obtineat piscandi in fluminibus recreandi animi causa, aliquo exiguo temporis intervallo, non est improbanda. Communiter Doctores asserunt, consuetudinem piscandi in mare cum rebus, & navigiis hæud esse legitimam, & nisi necessitas excuset, consuetudinem hanc contrapellam esse culpabilem. Hæc quoque sententia communiter est, & probabilior, mihi que vera. Quæ adversus eam opponuntur, responsio non egent.

IV. Quæst. III. Licium non est felis diebus iter arripere? Resp. Sanctus Antoninus II. P. tit. ix. cap. viii. §. 5. inquit: Item abstinendum est ab itinere dietario, nisi necessitas cogat, vel aliud pium opus inducat, ut videlicet visitatio alienius Ecclesiæ, vel consecratio indulgentia, vel reformatio pacis, seu amotio scandalis, & huiusmodi. Caietanus 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. & Sotus de iust. & iur. Lib. II. quæst. iv. §. Tertium genus, docent, iter opus esse suapte natura servile, solumque ratione consuetudinis licitum esse. Et certe difficile videtur ab specie servilis operis excipi posse laborem illum quo servus pedibus integram diem iter ageret. Considerandum itaque sunt fideles ne sine rationabili causa iter suscipiant: quoniam certum est, illud a cultu divino animam abstrahere. Ceterum mandandi non sunt letalis culpa, etiam si abique causa illud arripiant: quoniam consuetudo universalis obtinet, posse Christianos felis diebus abique culpa, saltem graviter, iter agere; ut communiter Theologi sentiant: quamvis alii asserant, licitum id esse, propterea quod opus servile non sit: alii ob invetam consuetudinem, quæ a culpa excusat.

V. Quæst. IV. *Licitum ne est agaloniis, & mulionibus festis omnia diebus festis condicere?* Resp. Primo communitur Theologi docent, licitum esse iter inceptum persequi. Adfirmant quoque, illicitum haud esse ducere mulos sine oneribus de uno ad alium locum; quia hoc est solum iter agere. In choare verò iter cum bestiiis onibus, tanquam abulum non tolerandum, reprobat Caietanus, Suarez, Navarrus locis sæpius citatis. Id quoque asserunt Layman Lib. IV. tract. VII. cap. 11. num. 5. Bonacina disp. v. maxime quando muliones sæpius levare, aut imponere onera debent. Quoniam tunc magna diei pars in operibus servilibus consumeretur. Quæ omnia vera sunt, quoties abique iulla causa, & necessitate hæc fiat. Et quia in praxi vix sunt abique necessitate vel privata, vel communis; idcirco abique peccato, saltem gravi, exerceantur. Sic concludit D. Antonius II. P. tit. ix. cap. VII. Item ad opus servile spectat cum equis, asinis, vel bovis deferre blanda, vel ligna, vel vna, vel mercimonia, nisi necessitas urgeat... Item vinctores mercium, aut alimentorum, qui possunt ad loca remota, cum alias non possent sine gravi incommodo vitam transigere, creduntur excusari, si differre non possent.

VI. Quæst. V. An licitum sit agaloniis omittere Missam, ut bestias suas in pratis pascent, & ut sumptus faciendis in diversorio revertent? Resp. Adfirmat Rodriguez I. Part. Sum. cap. cxxxiii. concl. o. cui subscribit Trullenchiensis in expost. Decal. Lib. III. cap. 1. dub. 7. num. 6. & ad id. 8. num. 2. si agaloniis pauperes sint, & maximi sumptus faciendi essent in hospitio. His vocibus paupertatis, & maximi sumptus (quas tamen limitationes non imponit Rodriguez) sicum faciunt imperitis Caluiste illi. Nam agaloniis communitur pauperes sint. Sumptus quoque eorum conditioni respondent; licet quandoque maiores, quandoque minores sint. Communitur ergo secundum eiuusmodi Theologos agalones, muliones, & vectores ab onere audiendi Missam liberi erunt: quia communitur pauperes sint; & sumptus in diversorio faciendi, eorum inspecta conditione, magis semper reperibuntur. Anne dimidia illa hora qua agalones Missam audirent, fame perirent bellæ, si quædam privarentur? At tempus non est terendum in hac impugnanda opinione; quæ sita nimia laxitate arulam inserit, & occasione agaloniis, vectoribus, alisque similibus Missam negligendi festis diebus.

VII. Quæst. VI. An licitum sit typogra-

phis ordinare characteres diebus festis? Resp. negative: quoniam eiuusmodi characterum ordinatio vera est opus mechanicum, & servile - non enim alto tendit, quam ad fabricandas illas quas vocant tabellas, testiformas, quibus impressores tuntur ad cudendas litteras: hæcque sententiam omnes fere graves Theologi defendunt. Quare omnino improbabile censo opinionem contrariam, quam cum quibusdam Caluistis defendit Leander reest. I. dis. IV. quæst. XVIII. Impressionem autem librorum omnes docent esse opus servile, & prohibuit in die festo.

CAPUT IV.

Choreæ, comestiones, ludii scenici, idque genus similia diebus festis peragi minime debent.

I. Caietanus in sua Summa docet, choreas ferre ducere ius genere non esse peccatum: quoniam, si suapte natura id agere peccatum esset, semper inquit ille, formaliter loquendo, peccatum esset; quod constat esse falsum: nam in nuptiis, & publicis lætitiis licite sunt choreæ. Addit insuper ex circumstantia temporis, puta diei festi, choream minime fieri mortalem: quoniam non est opus servile. Ex hac theoria Caietani doctrina, qua statuit, choreas agere absolute non esse peccatum, neque ex circumstantia diei festi letalera culpam evadere, inferunt non pauci Caluiste, diebus festis absolute licitum esse choreas ducere. Quod chorearum exercitium sit genere suo, seu iudicium a circumstantiis, peccatum nec ne (non enim sub hac consideratione præcia promittunt falantium sexum includit) quod tridem sit opus servile, aut secus; parum ad id quod propofuitus, decernendum conducit. Quamquam enim rem absolute notiones ad metaphysicas conclusiones eliciendas præcisæ necessariæ sint: in morum tamen tractatione, si a circumstantiis præciantur, maximam fide Ethicæ christianæ cladem inferunt. Missis itaque chorearum generalis notionibus, id discutendum modo est, an choreæ, & omnis circumstantiis inspectis semper, & omni tempore, & personis cuiusque conditionis licite sint. Quod enim choreæ quandoque in paternis ædibus inter puellas, vel in nuptiis inter confanguineos; quod etiam mulierum rularum choreæ interdum licite sint, nec ego repugno. Inter personas diversi sexus vix urrumque absolute concederem, attentis periculis quæ ab his

his choreis raro separabilia sunt. Quare pessime elicitur, choreas agere diebus festis omnibus indiscriminatim licere. Quoniam neque ex generica rerum notione, neque ex illa, aut altera, sed ex omnibus circumstantiis, & ex his quæ plerumque erantur, morum resolutiones colligamus oportet. Porro quod choreas, quas iuvenes & puellæ, fer viri & mulieres promiscue ducunt, plerumque avocent mentes a divino cultu, sineque occasione rixarum, & scandalorum, nemo negare audebit, nisi qui manifeſte experientia contradicere velit. Hoc autem satis est ut absolute dicere possimus, choreas esse potissimum diebus festis illicitas. Caluista ex aliqua peculiari circumstantia, & eventu, puta quod quandoque ruiticis innocentes sint eiuusmodi choreæ, vel consanguineis nuptiarum, aut alterius publicæ lætitiæ tempore, erunt universalem opinionem, nimirum choreas omnibus, & omni tempore, etiam famulo, licitas esse, nullumque peccati occasione. Ut descendat peccata diebus festis commissa non contrahere letalem malitiam, hæc inter alias obtrudunt rationem, nimirum peccata, & scelera vitium diebus festis perpetrari. Quare iugam nimis grave foret, si hæc scelera sacrilegii temporis sacri inquinata multiplicarentur. Nunc autem omnia fellorum oblectamenta ut innocua propugnant. Oppara convivia, saltationesque, inquit, nihil nisi lætitiarum, & innocentiarum redolent; quoniam non sunt opera servilia. Seminarum exquilites cultus, hominum luxus, & splendida ornamenta quæ letalis culpe damnabunt. Cedo. An negare ausus fueris, peccata quæ festis communifima alicui, a Christianis potissimum perpetrari occasione saltationum, conviviatorum, chorearum, aliorumque id genus oblectamentorum? Peccata frequentius in festis quam in profestis diebus serpere concedunt. At, cum de peccatorum occasione, periculose sermo recurrit, occasiones, & pericula honestas dicunt oblectationes. Quæ, malum, est eiuusmodi differendi ratio? Omnis itaque quæ inunctis, an præfata oblectamenta sint opera servilia nec ne; vel peccata genere suo, aut in aliquo eventu, & circumstantia licita: his, inquam, omnibus missis, sequentem statuo conclusionem.

II. *Choreæ, ludii theatralis, idque genus similia, omnibus circumstantiis inspectis, sunt occasiones peccandi, & plerumque ad peccata provocant, & perturbant, atque animos a divino cultu reipsa abstrahunt: idcirco die-*

bus sacris potissimum sunt Christianis verita. Id melius probari nequit quam Patrum, & Conciliorum auctoritate. Concilia liquidem, & Patres, ista manifesta, & dururna experientia edocti, omni fere tempore saluberrima ediderunt decreta, quibus saltationes agere diebus festis prohibuerunt. Sanctus Basilus acri oratione invenitur adversus feminas qualdam, quæ Paschatis die splendidis vestibus compe choreas ducabant, iuvenumque lætibus oculis, oreque impudico libidinem provocabant. Capita honestis operata velaminibus retogentes, Deum, & eius Angelos despicientes, ad marium aspectus impudentes, diffuse, comas, uncturam luxum ostentantes, pedibus gestientes, ac oculo petulo, risu lascivo, ad saltationem insanientes, inventutis intemperantiam in se provocantes. Tom. I. Hom. XIV. in ebriet. & lux. Sanctus Augustinus conc. I. in Psalm. xxxiii. Oſſerva diem sabbati, non carnaliter, non iudicialiter delictis, qui otio abundantur ad acquiritiam. Melius enim tota die foderent quam tota die saltarent. Similia habet in Psalm. xci. Melius est enim arare quam saltare. Illi a loco opere vacant, ab opere iugatio non vacant. Sanctus Ignatius Martyr episc. ad Magnesianos scribit, sabbatum ab eo spiritualiter celebrari qui in lege Domini meditantur, non ad prescripita spacia ambulans, & saltationibus, iubilique insanis gaudens. Sanctus Cyrillus Alexandrinus gravissimam, & vehementissimam orationem habuit in ius Christianos qui, cum templa frequentare, conciones audire, divinis officis interesse, orationibus iustitiam deberent festis diebus, tunc maxime ludis liberalibus, conviviis, & choreis vacabant. Inquit enim Lib. VIII. cap. v. in Ioan. xvi. Id ne est, o Christiani, celebrare diem festum, indulgere ventris, & inconvalesci voluptatibus habenas laxare? ... Diebus ad excedenda servilia opera concessis, unusquisque suo intuentur est operi, & abstinet a crapula, ludis, & vanitatibus; diebus autem festis passim concurrunt ad carponam, ad ludos, vel spectacula, & choreas, in derisionem divini Numinis, & dei prævaricationem.

III. Tempus me deficiet, si omnia Conciliorum decreta, quæ saltationes, ceteroque ludicos ludos festis diebus prohibent, recensere vellem. Ex præteritis pauca delibabo. Concilium Toletanum III, in canone relato diſt. xxxi. de Conſect. Irregularia consuetudo est quam vulgus per Sanctorum solemnitates agere consuevit: populi qui debent divina officia attendere, saltationibus, & tur-

pius invigilant cantici, non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officii persequentes. Hæc etenim ut ab omni Hispania deplatur, Sacerdotum, & iudicum a Concilio sancto cura committitur.

IV. Concilium Mediolanense III. tit. de fest. dier. cultu. Quoniam autem usum hæc in provincia nimis contemptum est, depravatis his temporibus, & moribus, ad choreas, tripudia, saltationes, & id genus alia nunquam sere convertitur sine multis, idque cum ob turpes cogitationes, obscena dicta, inhonestas actiones, morum corruptelas, & pernicitas ad omnia opera carnis illecebrosi illi perpetuo innotuit; non propter cades, rixas, dissidia, stupra, adulteria, aliaque mala plurima, inde consequentia quam læpissime. His tot offensionibus, & peccatorum seminaris locum dare, ut præsertim diebus qui dies propitiationis sunt, & ut ipsi diebus fideles plebsque, & nemo sibi Saranen blanditius illecebræ, a dæmoni officii, religiosi supplicationibus, lecturibusque sacris abduci, avertique riles a percipiendis fidei iudiciis, aliisque ab aliis christiana pietatis officiis, in quæ eo tempore religiose incumbendum est, abstrahi, & amoveri: hæc certe gravissimum est in conspectu Dei, & Ecclesie. Quare festis iis diebus, saltem horis quibus divina celebrantur officia, interdicimus ne saltationes, tripudia, choreas ducantur, aut fiant. Ne item comedie, ludii scenici, vel theatrales, hastuludia, & alia cuiusque generis spectacula agantur. Ne circumforanei circulatorum, & id generis nebulosæ præstigijs suas, inanique spectacula agant neque quædam omnino vendant, ne medicamenti quidem prætextu.

V. Concilium Turonense, anno 1583. celebratum, titulo de festorum cultu hæc decernit, & prohibet. Diebus dominicis præsertim, & aliis festis, conestationes, convivia publica, tripudia, saltationes, strepitus, & choreas fieri, venari, & aucupium tempore feri, in hospitij, seu canopis alio, quam peregrinis, cibaria, & vinum ministrari, ludos palmarios, & alios (maxime dum sacra concipiuntur, laudæque Deo decantantur) aperiri, comædias, ludos scenicos, vel theatrales, & alia eius generis irreligiosa spectacula agi, sub anathematis pena prohibet hæc Synodus. Concilium Hiaticense anni 1584. can. vi. Prohibet populus profana sodalitia, conestationes, choræas, tripudia, larcenas, & theatrales ludos isdem diebus festis exercere. Concilium Aquense anni 1585. tit. de fest. dier. cultu: Conestationes vero, ebrietates, lusus

improbos, turpes cantilenas.... atque omnem festorum profanationem damnamus, & reprobamus. Carolus Magnus in suis Capitulis: Placuit ut fideles diem dominicum omnes venerabiliter colant, ne in illo sancto die vanis fabulis, aut locutionibus, sive cantationibus, sive saltationibus.... ut fieri solet, inferviant.

VI. Cardinalis Bellarminus dominica 3. Adventus conc. vi. sermone, unctioe celestis delibuto, invehitur in lacorum dierum profanationes: Nescis fortasse quantum sacrilegium sit dies Deo consecratos profanare? ... Quæro a vobis, si videmus aliquem incredibili audacia vestibus lacris uti pro vestibus profanis, templo pro taberna, altari pro mensa, quis vestrum non horretet? quis non exclamaret? Et nunc videmus dies festos, solemnissimos, sacratissimos, Deo dicatos... sacrilegis choreis, saltationibus, coarctis, ebrietatibus, impudiciis, scurrilitatibus profanari; & nemo exhorret, nemo movetur, nemo miratur. Deus immortalis! Que conventio Christi ad Belsai? Que est hæc insania? Que furia infernalis nos exagitant?

VII. Serio anlimo nunc tecum reputes velim, cuiusnam ex duabus sit opinionibus adherendum, Casularum nempe, vel Patrum, & Conciliorum. Casuista absolute docent, choreas, saltationes, & similia diebus festis esse licita, & propterea quod non sunt opera servilia, neque ex suo genere peccata mortalia. Contra, Patres, Episcopi, quoque possunt Deum regere Ecclesiam legem in Conciliis congregati, Pastores gregis evangelici, qui penitus animarum sibi commillarum statum agnoscunt, longa experientia edocti, atque ex ipsius populi confessionibus, testantur, saltationes, choreasque malorum seminaris, libidinum, rixarum, ebrietatum, & conestationum scaturigines esse; ac propterea præfata omnia diris deovent, & diebus potissimum festis, seu sacri illius temporis sacrilegas profanationes. Tameñ ergo saltationes, & choreas non sint, ut Casuista volunt, opera servilia, nec licite natura peccata mortalia; anne inde inferre audeant, diebus festis eadem licere? Ut enim illucita, & veritatis sint festis diebus, satis est ea animum, a rebus divinis abstrahere, peccandi occasionem præbere, ad libidinem, rixas, aliaque crimina repta, & omnibus circumstantiis consideratis, provocare & circundari. Porro hæc omnia ex dictis oblectamentis, cum ex infectis feminibus viriolas fruges, profluere testantur Patres, Concilia, gra-

villi-

villissimi Theologi, & quotidiana experientia. Quod autem hic vel ille, vir aut mulier noli mali experiat in choreis, saltationibusque; non idcirco isdem permittenda in posterum sunt a pio, doctoque Confessario. Sed quod præterita pericula evaserint, Deo gratias referant, neque abstant ab his oblectationibus que plerumque, & respectu multitudinis flagitiorum plurimum cause sunt. Aliter pœnas dabunt, quod malorum originem sua præsentia foviant. Quod dictum est de saltationibus, & choreis, idem dicendum est de torneamentis, & hastuludis.

CAPUT V.

An docere, scribere, transcribere, & similia diebus festis vitia sint.

I. Docere quæcumque scientias, atque in eadem incumbere, sive ob lucrum, sive absque lucro, licitum esse communiter docent Theologi cum D. Thoma laudato art. 4. ubi in responsione ad tertium hæc habet. Similiter etiam nullius spiritualis actus executionem est contra observantiam sabbati: puta si quis doceat verbo, vel scripto. Quare antiquata videtur contraria opinio Abulenlis, & quorundam Summarum: patet enim ad artes liberales pertinere præfatos actus studendi, docendi, & scribendi.

II. Quæritur. Num transcribere licitum sit diebus festis? Resp. Absolute illicitum esse adstant gravissimi Auctores. Caietanus 2. quæst. cxxi. art. 4. Navarrus in Manuali cap. xiii. num. 12. Azorius Tom. II. Lib. I. cap. xxvii. quæst. v. Sanchez Lib. V. consil. cap. 11. dist. 9. num. 4. Sylvester verb. Dominica quæst. v. concl. 5. Cardinalis Bellarminus Tom. II. Lib. III. cap. x. de cult. Sancti ubi hæc habet: Non tamen licet transcribere sine necessitate libros lucri gratia: & alii plures. Hanc sententiam validè evincunt rationibus. Quoniam transcribere opus mechanicum est, nec egreditur, inquit Caietanus, extra limites operis corporalis. Siquidem non plus menti transcripto attribui potest quam quodlibet aliud artefactum. Quid enim membris plus emicat in transcriptione quam in pictura, vel in ista? Qui transcribit, depingit characteres, uti sunt in autographo; quemadmodum pictor adumbrat aliquid exemplaris imaginem. Quod alia peritæ peritæ inquiri confirmatur. Impressio librorum dubio procul servile opus est. Ad transcribere genus quoddam impressionis est. Nec aliud

discrimen assignari poterit, nisi quod unus casu, alter prelo characteres imprimit. Item ordinare characteres pro cædendis libris opus servile est, ut diximus supra, & communitè Auctores docent. Quidni ergo & characterum transcriptio?

III. Contrariam opinionem defendunt Suarez Tom. I. de Relig. Lib. II. cap. xxv. ubi ex professo discutiamt veritas. Laudat pro sua sententia Mediam in Infrascriptione Confess. Lib. I. cap. xxiv. s. 8. Sed Auctor ille incidenter tantum hæc de re scribit, multum probabilè vocat Caietani opinionem; sed contrariam quoque opinionem probabilè asserit. Huic pariter opinioni accedat communiter Casuista recentiores hæc ratione, sane non contemnenda, fuit. Scribere non est opus mechanicum, neque servile. Ergo necque transcribere. Nec videtur assignari posse discriminis ratio. Qui scribit ea que magister dicit, quamquam non proliis intelligat, opus omnino liberale exercet. Qui vero eadem transcribit, quia nihil eorum que transcribit, percipit, operi mechanicum vacabit? Scriptor non exercet opus servile, dum conceptus alterius vere perceptos inscriptione exprimit. Alter vero eisdem conceptus transcriptione referens, servorum operum peraget? Quid, quæso, magis rationi ad versum, quam si dicamus, eum qui ex libro impresso transcribit, non peccare, peccare autem illum qui ex codice manuscripto transcribit? Patet autem, iuxta omnes non peccare illum qui de festo studio litterarum vacans, ex libro transcribit ea omnia que & invanda memoria, & intellectu imbuedo consentanea iudicaverit. Cur ergo peccabit qui ad aliorum profectum eadem, vel similia transcribit? Plura alia promunt, que in idem recidunt.

IV. Patet mihi, utramque opinionem serio persequenti, aquam herere. Utraque enim & rationum vi, & Theologorum auctoritate nititur. Abique tamen cuiusquam iniuria dicere possumus, graviores Theologos priori infrascripti opinione, cuiusmodi sunt Caietanus, Navarrus, Azorius, & Bellarminus. Priusquam meum quæcumque profectio iudicium, certa ab imperitis locutione sagstera, vel in ista? Qui transcribit, depingit characteres, uti sunt in autographo; quemadmodum pictor adumbrat aliquid exemplaris imaginem. Quod alia peritæ peritæ inquiri confirmatur. Impressio librorum dubio procul servile opus est. Ad transcribere genus quoddam impressionis est. Nec aliud

exerc-

exercent, ut sunt illi qui italicè idiomate *Co-pisti* vocantur, opus servile peragant: quod sane mihi affirmandum videtur. Licet enim nec finis scribentis, nec pretii acceptio in metaphysica consideratione actuum notiones variant; nihilominus in morum translatione plurimum circumstantiarum coagmentatio non infrequenter operam genera transtrahit. Transcribere suapte natura non est opus servile. Finis scribendi ob lucrum temporale, quemadmodum & ipsum lucrum, seu pretium, externa sunt, hand valent actus naturam pervertere. Sit ita, dum hæc singillatim accipiuntur, & ut peculiariem artem constituunt, iuxta prudentiam existimationem, ut ego quidem sentio, in mechanicam declinant professionem. Quis enim ante typographicæ artis inventionem eos qui sola arte transcribendi codices vitam alebant, excusasset a culpa, si singulis diebus festis transcribendis codices infidassent? Nunc communissima Theologorum lententia culpe damnat & imprefores, & typographos tempore sacro laborantes. Et tamen ordinatio litterarum, sui characterum non magis mentem a Deo avocant, nec plus corpus defatigat quam mercenaria, & mechanicæ professio transcribendi codices, & scripturas. Noli ergo unam, vel alteram circumstantiam singulatim considerare; sed hæc omnia ob oculos tibi sistito quæ librarium constituunt, seu amanuensem, qui existitutum transcribit, quemadmodum ceteri artifices suas exercent artes, ut vitam amant. Hanc nostram sententiam conceptis verbis docet sanctus Antonius II. Patr. tit. ix. cap. vii. §. 5. *Item pertinet ad opus servile prohiberi scribere pro pretio, ut de quatuor in quatuor, vel instrumenta, cum tamen possit sine periculo differri. Conficere autem testamentum infirmorum, vel contractus matrimonii, ubi est de more, videtur posse fieri.* A culpa quoque excusandi sunt mercatorum famuli, similesque amanuenses, qui ad memoriam conferendam, eorum que in negotiatione, similive professione eveniunt, de codicibus, diariis, aut de tabellis, libellive in alios libros transcribunt. Frequentes etiam sunt causæ que ipsos libranos ex insitutum transcribentes a culpa eximunt, ex insitutum excusat necessitas, etiam non sit adeo urgent; tunc itidem publica utilitas. Hanc opinionem sic explicatam amplector, tamquam in re, ut candidè loquar, dubia securiorem, & probabiliorè, sive rationum momenta, sive Theologorum auctoritatem spectemus.

V. Ad argumentum contrariæ opinionis licet inter disputandum responsum fuerit, addere tamen lubet, quod scribere, & transcribere, ut memoriam excolamus, augeamus, & conferremus, ut intellectum imbueamus, & alios doceamus, opus utriusque est liberale. Hæc vero peragere ex insitutum, luci causa, & verum comparandum, opus mechanicum, & servile redolent. Non quod opus aliquo liberale, ut peroptime animadvertit erasm. Azorius loco laudato, per se in servile transeat, cum mercedis gratia sit. Concedimus, ut sic pressius objectioni occurramus, quod finis transcribentis, quod pretium, externa cum sint, non valent actum naturas pervertere; sed dicimus, quod scribere, & transcribere sit genus quoddam, quod in duas tribuitur species, altera est operis liberalis; & altera operis servilis. Scribere, & transcribere sciendi, docendique causa, opus est liberale; artem vero proficere scribendi, & transcribendi luci causa opus servile est. Cur? Quia in omnium existimatione labore manuum vitam transigere, atque ex professo organo corporis laborare propter vicium assequendum, opus servile est.

VI. Ex his quæ dicta sunt, colliges, licitum esse cuique Doctori, Concionatori, Magistro uti amanuensis, si opus sit, ad componendas lectiones, & conciones ad populum habendas: quia in similibus casibus amanuensis suppetias ferunt ad proximorum instructionem, & opus spirituale est. A culpa quoque excusandi mihi videntur causarium patroni, qui vel per se, vel per procuratores, seu caudicos scribunt iuris allegationes, etiam soluto pretio: quia hæc omnia per se diringunt ad veritatem manifestandam, & iudicem instruendum, liturgicè tradendam; quæ omnia opera liberalia sunt. Possunt quoque ludi magistri exemplaria conficere, & quibus pueri scribere dicant; & architecti sua exemplaria delineare, quibus alios doceant ædificia construere. Longas autem supputationes, ratiocinia facere, eadem de uno in alium librum transcribere, nisi aliqua necessitas, vel rationalibilis causa urgeat, illicitum videtur, inquit S. Antonius loco laudato his verbis: *Videre autem ratiocinia, & facere computum prolixum, illicitum est.* Inter causas excusantes, una est solamen pauperum, & rusticorum, & artificum, qui professis diebus dominos adire sine gravi incommodo nequeunt ad prefatas rationes incoadmodas.

VII. Quæst. II. *An licitum sit transcribere ex insitutum, & pro mercede libros cum notis pro cantu missæ?* Ex his quæ dicta sunt, quæsto precedenti, iam liquet, artem hæc

excit-

exercere diebus festis minime licitum esse: quoniam, quemadmodum pictura, ita & hæc mechanica est, potissimum si quis illam ad victum sibi comparandum ex officio profiteatur. Hanc opinionem non modo defendunt Auctores, quos superiore quæsto laudavimus; sed vel ipse Tamburinus *Lib. II. cap. 111. §. 1. num. 7.* illicitum reputat diebus festis lineas pro notis musicis ducere. Patrius Sponer illam Tamburini opinionem refert, hæc lapidam opponit responsonem tract. 111. in 3. præcep. Decal. cap. iv. sec. 3. num. 44. *Sed Germani non ita argunt merito sculpulis italicis.* Si vel ipse Tamburinus, inter benigniores Italici Scriptores faciliè Princeps, plus iusto severior videtur viro Teutonico; si doctrina Tamburini Germanorum conscientias sculpulorum aculeis torquet; quæ erit blanda, & laxior doctrina quæ eorum aspera ulcera delinire valeat? Sed nugæ relinquamus.

CAPUT VI.

De operibus naturalibus, & religionis, ad pietatis, diebus festis prohibitis.

I. Dicitur est, opera servilia festis diebus servilia opera vel ad corpus, vel ad spiritum pertinentia, quæ prohibita non sunt. Et ut ad operibus naturalibus exordiamur, quamvis comedere, & bibere non sint actus serviles, sed naturales; ars tamen preparandi, & coquendi cibos, hæc nostra tempestate nimium exculta, servilis omnino est. At, ut animadvertit Angelicus loco sæpius laudato, in lege evangelica ars ista coquendi, & preparandi cibos nunquam prohibita fuit. Id solum desiderandum foret ne in dies amplifcarerit & ad colligendos eodem die fructus, ut meliores sint, & ad occidenda animalia, aliisque id genus, quæ plerumque precedenti die fieri possent. Ad eas res coardanda illicitum est, nisi sufficiere propter populi multitudinem possunt. Quæ de causa non licet, hæc festo coquere panem, nec molere frumentum in pilstrino, live aqua, sive vendi, live bestiarum opera, nisi rationalis necessitas urgent, quidquid fabulentur quidam Casuilla.

II. Vera quoque sunt opera servilia, & corporalia quæ pro curandis infirmis exercentur diebus festis, tanquam licita. Sic chirurgi minime peccant, dum festis diebus venas incidunt, & sanguinem minuunt: quia hæc, & similia remedia, aliisque huiusmodi

mechanica opera necessaria, aut valde convenientia sunt ad salutem humani corporis, & maxime ad egrotorum curationem. Quæ omnia pietas, & caritas erga proximum iudant, & imperant.

III. Ad opera corporalia divino cultui dicata quod attinet, eorum plurima & varia sunt genera; adeoque de ipsis iuxta generum varietatem diiudicandum. Quædam sunt omnino intima divino cultui, in quibus aliter divinus honor, quibusque divinus cultus exerceatur; ut sunt cruci gerere, organa ad divinas laudes pullare, & alia musicalia canere. Alia sunt quæ proxime ad cultum divinum excitant; ut campanas ad Missam, Vesperas, ceteraque Dei laudes, pullare. Alia quæ remotius ad cultum divinum conferant; ut ornare aulais templum, scopis verrere, hostias pro sacrificiis conficere, idque genus similia. In ultimo gradus sunt quæ remote solum, & ex operantis intentione in utilitatem, & cultum templi cedunt; ut agros Ecclesiæ colere, arare, ligna, & lapides ad templi constructionem conquirere, & deferre; ceteraque id genus, & in eundem finem peragere.

IV. Si fermo sit de operibus in quibus cultus divinus emicat, vel quæ proxime ad cultum divinum excitant, ut sunt deferre statuas, pullare organa, & campanas, canere divinas laudes, certum est iuxta omnes, licere hæc omnia diebus facris. At, si loquamur de his operibus corporalibus quæ anticipari valent, ut conficere hostias, scopis templum mundare, tabulata ad solemnitatem erigere, varia est Doctorem opinio. Nam Caietanus non solum consult, ut minus licere referunt Salmanticenses tract. xxxiii. cap. 1. *num. 11. num. 256.* recentia opera ante festum prætare, sed absolute de-fermit, ea non debere absolute rationalibus causa in diem festum differri. In verba Caietani 2.2. quæst. cxxxi. art. 4. §. *Ad hoc dicitur Quædam vero sunt preparatoria, quæ possunt precedenti die fieri, ut ornare templum, mundare illud, conficere hostias pro Missæ celebrandis; & hæc sine rationalibus causa non debent in die festo fieri. nisi rationalibus causa adstet, debent congruo tempore, hoc est ante festum fieri, & non in die festo.* Eadem sententia in Summa verb. *Fest. observ.* Idem quoque docet Suarez *Tom. I. de Relig. Lib. II. cap. xxi. num. 11.* Uterque vero addit, se non audere peccati mortalis damnare eos qui prefata opera exerceant festis diebus. Cui sententiae subscribamus. Secunda opinio statuit, peccatum esse mortale de dicta

ope-

opera festis diebus exequi. Tertia vero statuit, omnino licita esse præfata opera; etiam si profectis diebus fieri possint, & abique rationabili causa in diem festum differantur. Et hac præcipua ratione utuntur Salmanticensis tract. xxii. cap. 1. punct. 11. num. 258. & Leander tract. 1. dist. vi. quest. lxxi. Si peccatum est, inquit, eiusmodi opera præfata die facio, aut mortale foret, aut veniale. Neorum autem est. Non primum ut adverteri fatentur. Neque secundum, quod materia per se gravis sit, nam magno diei pars consumitur. Que ratio mihi ridicularia videtur. Multa, & plurima sunt in morum materia que mala scimus esse, & licet quantitatis malitie ignoremus, & qualitatem. Frequentissime vero phores nimis temere decernunt, illud mortale, hoc veniale esse peccatum. Dicimus itaque, eos qui abique rationabili causa eiusmodi opera diebus festis exequuntur, peccare. An vero peccatum illud mortale sit, vel veniale (cum istius decisio abique evidenti veritate imprudens est, & temeraria) confiteri non erubescimus, nos id ignorare. Ad summum esse vicium circumstantis id colligere poterit prudens, doctusque Theologus. Ad partitatem campanarum, organorum, aliorumque instrumentorum patet responso, quod hæc nequeant anticipari. Numquid organa pulvisæ feria sexta ad cultum promovendum diei dominice? Consecratio, quæ opponitur, est corruptela. Omnes bene morati religioni sibi vertunt sine ulla rationabili causa in diem festum differre hostiarum consecrationem.

V. Evidentius patet, ultimi generis opera, nempe colere agros, vel Holpialia, ad eorum ædificia ligna vehere, & prædies dealbare, esse opera servilia, & prohibita. Nec pietatis exercendæ causa sufficit ad tollendum onus observandi dies festos. Quoniam præceptum festorum ad religionem pertinet: & idcirco præferendum est operibus liberis pietatis. Religio enim est superioris ordinis, quæ semper præire debet, sublata necessitatis causa. Neque admittimus id quod addunt Salmanticensis loco laudato num. 260. omnes nimirum quasi Ecclesiæ, & monasteria laborare egessere: & ideo licitum esse agricolas, alioque artifices operas suas diebus festis impendere, leges metere, & excutere; saltem citant pro hac opinione Caietanum, qui conceptis verbis ait, solum necessitatem esse causam iustam tallæ agendi. Nec verbum habet quod indicet omnes Ecclesiæ, & Monasteria, aliaque pia

fodalitia tali labore paupertate, aut licitum sit festis diebus opera servilia in eorumdem subsidium exercere. Verum lentiam hanc communiter Theologi reiciunt.

CAPUT VII.

De operibus que, licet servilia non sunt, legentamen diebus festis fieri prohibentur: cuiusmodi sunt mercatus, & iudicia forensia.

I. Opera que suapte natura servilia sunt, vi præcepti de observatione festorum sunt prohibita. Dantur vero aliqua opera que, quamvis minime servilia sint, peculiari tamen lege prohibentur; cum minus festorum observationi consentanea. Porro huiusmodi opera que sic vacantur diebus festis, habentur in cap. Omnes tit. 9. de feris. *Omnes dies dominicos a vespere in vespere omniveneratione decernimus observari, & ab omni illicito opere abstinere, ut in dies mercatus minime fiat, neque placitum, neque aliquis ad mortem, nisi ad panem iudicatur, nec sacramenta, nisi pro pace, vel alia necessitate præstentur.* Et cap. *Conquestus*... *Debet tamen iudicialis strepitus diebus consueveris, qui ob reverentiam Dei noscuntur esse strati.* Duo itaque actionum genera potissimum prohibentur, negotiationis scilicet, & fori. Hæc iuris canonici lex consonat iuris civilis statuto, tum antiquo, tum recenti. Marcus Tullius Lib. II. de legibus forensia iudicia in albam eorum perhibere que servilia sunt, quoque festis diebus minime licent. *Feris iurgia amovendo, eque in famulis operibus paratis habendo.* Opera que non servilia, Cicero famula vocat. Hæc igitur opera, tametsi non servilia, idcirco festis diebus prohibentur, quod a divinis rebus mentem abstrahant.

II. Mercatus, qui primo loco inhibetur, non modo publicas sollempnes nundinas comprehendit, quæ semel, vel bis in anno sunt, sed etiam que in singulas hebdomadas peraguntur, omneque contractus locutionum, permutacionum, & venditionum, his solum exceptis que ad quotidianum usum sunt necessaria, ut Doctores omnes adfirmant. Laudatum ius, cum canonicum, tum civile, contraria consuetudine, ad mercatus, sive annuos, sive hebdomaticos, quod attinet, abrogatum videtur. Consuetudinem tamen hæc, cum iniquam, & abulum, reiciunt Panormitanus, & Abbas in cap. 1. de iuris, antiquæ, nulla posse rationabiliter

consuetudine aboleri legem prohibentem mercatus. Quoniam plus, quam servilia opera, mercatura cultum divinum impedit, & ad plura peccata viam aperit. Quamquam istorum Auctor opinio communiter reprobatur; non ob id tamen suo destruitur fundamentum. Quandoquidem, in consuetudo contra legem peccata, melius quam ipsa lex, vel legislatoris finem, vel bonum commune promovere debet, aut latere eidem non adversari. Verum, quia vix desiderare, nedum sperare licet, ut inrecta auferatur consuetudo, ideo curandum duntaxat pro viribus est ne eiusmodi consuetudines, ubi non sunt, introducantur, aut ne latius amplificentur, ubi sunt. Quæ vero temporis duraverunt, & superioris consensu introducta, ac firmata sunt, excusantur communi Doctorum suffragio a culpa. Siquidem festorum institutio, potissimum quantum ad numerum, tempus, & multitudinem, est iuris ecclesiastici que sine eius mutatione obnoxium. Nec deest mutationis congrua ratio. Idcirco enim festis diebus mundanus lapsus sunt, tum quia solet illic multitudo populi convenire; tum ob rusticorum, & pauperum commodum, qui profectis diebus minime possent nundinas adire, nisi suorum operum iacturam facerent. Hæc autem invecta consuetudo ab onere audiendi Missam non solvit, nec ulla unquam introducti potest contra tale debitum, Sacrum scilicet audiendi. Quare cogere videntur rationes Panormitani. Possent enim fideles inter ipsas nundinas divinis rebus vacare, & Missam audiendo, & alia in Dei cultum exerceendo, elemosinas maxime largiendo pauperibus.

III. Nihilominus consuetudo præfata minime facit mercatoribus, qui in dies mercatus vendunt. Quamobrem isti, in notabilem diem partem in emptionibus, & venditionibus, a peritis officina ianus, insumentem, peccarent mortaliter iuxta communissimam Theologorum lentiam: quoniam hæc sub mercatu, iure canonico vetito, comprehenduntur; nec contraria obtinet consuetudo. Excipit tamen venditionem, & emptionem panis, vini, carniæ, fructuum, aliorumque id generis, quæ ad victum quotidianum sunt necessaria. Quare excusantur tabernarii, salientarii, lalanarii, porcinarii, similesque, qui mercés vendunt ad corpus vel sustentandum, vel curandam. Excusantur quoque venditiones que sunt in parvis oppidis: quia in profectis diebus nulli forent emptores, & ob rusticorum, ac pauperum commodum communiter excusantur; que, cum in publicam utilitatem cedant, consuetudine obtinente, licita reputantur. Hæc ratione excusantur futores, qui calceos vendunt. An nomine mercatus intelligantur prohibita alia negotiationes, ut locaciones, conductiones, & similes contractus, alii adfirmant, & alii negant. Mihi sub nomine mercatus prohibita hæc omnia videntur. At in praxi standum est consuetudini, quæ, quoad fieri potest, restringenda, nunquam dilatanda est.

IV. Quid dicendum de mercatoribus, seu tabernariis illis qui festis diebus debita exigunt; oppida, & villas adeunt, ut vina, frumentum, aliaque merces a rusticis accipiant; eadem mensurant, & de uno ad alterum locum transferunt? Ut mea præsertim opinio, non pauci Calaisitæ nimis laxè loquuntur: dum hæc omnia absolute licere istantur. Quoniam in primis cerum est, opus servile esse triticum, & vinum admitti, vel transferre; cum recentia omnia a cultu divino abstrahant. Igitur per se illicita sunt. Verum tamen est, necessitatem frequenter excusare: quia profectis diebus rusticis, relictis domibus, colendis agris dant operam. Quare difficile mercatores debita exigent, nisi festis diebus debitores sollicitentur. In id tamen incumbere Parochi, & Confessores debent, ut fideles, & maxime mercatores, adpareant, hortenturque; ne magnam diem festi partem in eiusmodi negotiationibus, & excusationibus insistant; ne in iurgia, & altercationibus erumpant; sed ut non solum Missam audiant, verum etiam concionibus, alioque divinis laudibus inserant. Quo enim illi maioribus desinantur curis, eo uberiorius Dei auxiliis opus habent. Caveant ne pro fax aviditate necessitatem sibi fingant. Idem denique explicent sancti Pii V. Pontificis maximi constitutionem; que incipit, *Cum primum*... *Dierum festorum observatio ad cultum Dei maxime pertinet, & in lege divina præcipitur: cupientes abusus præcos, qui ex eorum imbecillitate involverunt, omnino corrigere, & antiquorum canonum statuta renovare, & mandamus ut omnes dies dominici, & præcipue in honorem Dei, B. Mariæ Virginis, & sanctiorum Apostolorum feriat, cum omni reverentia observentur, & omnes in diebus præfatis Ecclesiæ... frequentent, divinis officiis devote intendant, ab omni illicito, & servili opere abstant, mercatus non fiant, profana negotiationes, & iudiciorum strepitus consueverint.* Qui vero in diebus præfatis opus ali-

quod illicitum scilicet deprehensus fuerit, præter dictam constitutionem, & amissionem animarum, quibus ad victuram utitur, etiam graves penas incurret arbitrio nostro.

V. Sanctissimi Pli V. constitutioni consonat declaratio fœra Rit. Congregationis quæ refert Barbosa Tom. I. Collecti. Doct. in Lib. II. decretal. de Fer. rit. 9. cap. Omnes dies n. s. his verbis. *Præceptum de dominicis, & festis diebus* &c. pluribulque omnibus, hæc in eadem habentur. *Ceterum his diebus* (prosequitur dicta sacre Rit. Congregationis declaratio) *licet agantibus, ac aliis inmentorum vectoribus, seu mercium conductoribus, bairulis, & aliis huiusmodi servientibus, ac ministris facinas, & onera nudinarum caussa exonerare, & deponere, inceptumque iter, Missa tamen prius audita, transiundo prosequi, & continuare. Non autem debere facinas componere, & iumenta onerare ad iter de novo incipiendum. Neque mercantibus, aut aliis civibus, & viciariis his diebus, eorum clausis apothecis, merces vendere, aut alportare licere; nisi tantum ad victum necessaria, aut alia ministeria, & medici momenti opera tam constata, & elaborata pro transiuntium hospitium, advenarum, & exteriorum urgenti, & presentiana necessitate, & opportunitate: in quo partes erunt Episcopi, propositis edictis providerent in primis hi festi dies debita observantia colantur, simulque populorum consuetum necessitatibus, quantum sine divina offensione fieri potest, consulatur. Quoad iudicia autem, quæ dominicis, & festis silere debent, id observari poterit quod iure communi permittitur in quibusdam urgentibus casibus, qui moram, & dilationem non patiuntur. In quibus, & aliis iurisdictionem Consulari modis præceptorum concernentibus constitutiones, & summorum Pontificum si que habent privilegia, & allegatum Breve felic. recordat. s. Pii V. servanda esse statuit. Nihil frequentius offendens penes multos Caluistas quam hæc omnia contraria consuetudine esse antiquata. Sed an consuetudo, quæ adeo familiariter obtruditur, legitima sit, non satis ostendunt. Humanas leges frequenter opposita consuetudine auferri, & ipse fateor. Quin & ego in his quæ iuris humani sunt, facillime benigniori parti adhareo, dum solida occurrunt momenta, dum vera, & non fœta necessitas indulgentiam fundet. Si omnes quæ iactantur consuetudines rationabiles, & valide forent, æchum iam esset de futurorum observantia. Respectum ergo habent Patrochi, & Confessores ad populi indigentias, & necessitates; sed oculis clausis præceptum Ecclesie non prætereant; immo pendente iure & naturali, & divino Deum itato tempore a nobis colendum esse; solamque temporis determinationem esse iuris humani. Quæ duo si ob oculos habebis, & populi indigentis, ve-*

rique necessitatibus occures, & simul legis decorem sartum testum custodies.

VI. Placitum, quod secundo prohibetur, significat iudicium sive criminale, sive civile, quod omnes actiones comprehendit, quæ ad causam tractandam proxime pertinent. Sunt vero citatio partis, formatio processus, causæ cognitio, & prolatio sententia. Hæc omnia sub nomine placii festis diebus prohibentur, excepta aut necessitatis, aut pietatis causa. Itaque citatio in die festo facta illicita est, & invalida: quoniam pertinet, ceu pars, ad irruptionem forensem. Inhibitus est enim actus iurisdictionis tam in decreti formatione, quam in ipsius incitatione. Idem dicendum, quando facta sit in professo pro die festo. Quare vi talis citationis, utpote invalidæ, nec in die festo, nec alio die tenetur reus comparere. Cum citatio spatium plurimum, puta octo dierum, claudat, quamvis aliquod festum recurrat, tenetur reus comparere intra definitum terminum: quia non cogitur a iudice ut die festo, sed ut tempore opportuno compareat. Hæc communia sunt apud omnes. Secundus iudicii forensis actus est formatio processus, in quo examinandi sunt testes. Examen autem tantum iuramentum includit nomine iuramentum in iure laudato expressum. Examen ergo istud fieri nequit die festo, etiam si iuramentum professo die antecedenti eisdem fuisse. Est autem merum signum id quod asserunt aliqui, in hoc eventu iudicium retrahitur: quandoquidem examen ipsa die festo peragitur, & iuramentum factum professo die, festo die renovatur. Iuramentum vero factum pro causis spiritualibus, puta matrimonialibus, & similibus, validum esse admittant Caietanus 2. 2. quest. cxxxi. art. 4. Sorus de iust. & iur. Lib. VIII. quest. 1. art. 10. concl. 4. & alii plures: quam sententiam probabiliorum reputo, cum mihi videatur eam D. Thomas docere 2. 2. quest. lxxxix. artic. 10. *Pro aliqua necessitate, vel magna utilitate licitum est eis iurare, & precipue pro spiritualibus negotiis, pro quibus etiam iuramenta conspici possunt in solemnibus diebus, quibus est spiritualibus rebus utendum.* Non autem sunt iuramenta præstantia pro rebus temporalibus, nisi forte ex magna necessitate. Quod etiam clare colligitur ex cap. Omnes, ubi iuramenta prohibentur cum limitatione his verbis. *Nec sacramenta nisi pro pace, vel alia necessitate præstantur.* Sub nomine necessitatis causas spirituales comprehendunt, satis verosimile videtur. Iuramentum quoque extrajudiciale die festo li-

citum esse, cum Caietano, aliisque pluribus iudicamus. Quia in iure prohibentur dumtaxat iuramenta iudicialia, & solemnia, ut ex textu patet. Iuramenta enim privata nullo modo perturbant dicti festi solemnitatem, nec a cultu divino avocant; quin, cum actus religionis sint, ea debitis circumstantiis servatis emissâ, divinum promovent cultum.

VII. Ultrius actus ad placitum attinens est iudicis sententia, quæ sive civilis sit, sive criminalis, die festo lata, invalida est secundum omnes; quemadmodum & eiusdem sententiæ executio die festo nulla est. Secus dicendum de sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti. Quandoquidem eiusmodi sententiæ sunt medicinales, quæ animæ bonum inspicunt, nec causæ cognitionem requirunt. Contra vero communiter Doctores asserunt de sententia iudicis arbitri, qui, servatis iuris formulis, sententiam dicit. Talem namque sententiam, ut invalidam, rescitunt ex leg. 7. Omnes dies, cod. de serv. ubi hæc habentur. *Ut nec apud ipsos arbitros, vel a iudicibus flagitantes, vel sponte eisdem, alia est cognitio iurgiorum.* Si vero sit iudex arbitri, qui rem transigit, missio iudiciali trepitu, tamquam amicalis fœderator, & pacis mediator; tunc sententia quam profert, valida reputatur: quia hæc inter opera caritatis, & pacis fœdera recenentur. Appelatioem factam die festo validam reputant plures Theologi, eo quod licitum sit quolibet die se defendere; potissimum quia appellatio illi hæc sine itrepitu forensi communiter fit. Verum, quod ad eiusmodi omnia spectat, legitime locorum, & tribunalium consuetudini standum est. Hæc enim consuetudine excusant notarii, procuratores, & advocati qui festis diebus verbo, vel scripto iudicem instrunt de causis tractandæ veritate. Verum hi omnes meminerit debent seatem periculis plenam exercere, & ideo singularis Dei gratis indigere. Quæ auxilia si diebus fatem festis iugibus precibus non implorent, non videntur altissimum proprie salutis negotium magnificare. In id ergo incumbant, ut non modo Missam dimidie, ne dicam quadrantis, hore audiant; sed etiam ut maiorem diem festi partem divinis laudibus, cultui divino, piisque operibus impendant.

VIII. Quæ sub nomine placii prohibentur, necessitatis, & pietatis causa, ut dictum est, licite exerceri possunt, nemine contradicente: quia lex sic statuit. Quod contra necessitatis, & pietatis gratia intelligendum sit, non adeo exploratum est. Bre-

viter dico, posse iudicium, seu placitum exerceri: primo, si res tempore peritura sit: secundo, si periculum sit fugæ debitoris, aut dilapidationis, aut notabilis damnificationis: tertio, si spiritualibus rebus dampnum imminere: quarto, si telis alio tempore haberi nequirat, vel nulli pro festis diebus sine magno incommodo adesse tribunal non possent: quia de causa in parvis oppidis mos obtinet eiusmodi iudicia festis diebus exercendi. Sub titulo pietatis sacri canones excipiunt causitas que vel cultum Dei, vel misericordiam in proximum spectant. Quare licitum est ius dicere pro causis pauperum, pro detentis in carceribus, pro constituendis, & dandis caratoribus, ac tutoribus, pro causis parentum, & patriæ. Refert hæc omnia Glossa cap. Consequens, verbo Pietas his verbis.

Hæc faciunt causas festis tractare debent: Pax, scelus admissum, manusmissio, res peritura, Terminus expirans, mora testis abesse volentis, Cumque potestatis patriæ ius filius exit.

CAPUT VIII.

De causis excusantibus ab observatione præcepti prohibentis festis diebus opera servilia.

Plures sunt causas excusantes a transgressione festorum eorum qui opera servilia exercent, nempe materia parvas, necessitas, pietas, dispensatio, religio: de quibus singulariter differemus, excepta religione, de qua dictum est supra.

II. Quest. I. *Quæ temporis parvas in servili labore excuset a grati transgressione præcepti vacantis opera servilia die festo? Resp.* Ea est hac de re apud Theologos, & Casuistas varietas opinionum, ut vix omnes consentire valeamus. Ut ab his quæ penes omnes certa sunt, ducamus initium, verum primum est, dari in hoc, sicut & in ceteris humane potestatis præceptis, parvitatem materię, quæ a mortali exulat, non tamen a veniali: quia, si quis leviter præceptum infringit, leviter tempore peccat, causa iusta sublata. Quod ergo in controversiam vocatur, est, quemam temporis pars censeri debeat materia parvas. I. Paucialibus diebus ecc. n. 6. loco parvas materię habet laborem tertiar parvis diebus; dummodo lo-